Quaest. 5. Quomodo Deus cognoscat futura contingentia absoluta?
in causa sua ratione omnipotentiae consideratae in actu primo,
quia ab ea actu sciri res talem tenent, quod sint possibiles, quod fuit,
ut esset futurum in causa sua, per decretum liberum de-
terminata ad dandam effectui existentiam in tempore,
et consequenter ante cognitum decretum non potest esse intelligi
sub ratione futuri. Probatur 1o ratione. decretum Dei est prima
radix, et primum principium determinationis futuritionis in rebus.
ergo Deus antecedenter ad hoc decretum non potest cognoscere futura
contingentia. antecedens probatur. decretum est prima radix et primum
principium determinationis futuritionis in rebus, quod primo
determinat primum principium possibilitatis rerum, atqui primum determi-
nans primum principium possibilitatis rerum est divinum decretum pro-
ut constat, quia possibilitas rerum est indifferens ad futuritionem,
vel non futuritionem, quod ergo primo determinat primum principium possibili-
tatis rerum, id erit primum principium determinationis futuri-
tionis in rebus. ergo maior probatur. primum principium possibilitatis rerum est di-
vina omnipotentia, atqui illud quod primo determinat divinam
omnipotentiam ad productionem rerum in aliquo tempore differentia

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
© Universitätsbibliothek Heidelberg
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/salVIII6_1/0147
gefördert durch
Baden-Württemberg